

imitari videtur. Nugatur autem & ultimam hominis beatitudinem: in intemperantia & delicijs dicēs esse / & vestibus sumptuosis / & hortis irriguis / cōueniens in his cum corintho heretico & quibusdā antiquis infidelibus. Et circūcisionē oportere tenere dicit: cōmendans quæ heretici Eubionis sunt. Concedit & multitudinē uxorū in nuptijs / pellicūq; & ancillarum: & quotquot quis in bello capiens posset educare: & aliorum uxores indifferenter cape: hereticos Nicolaitas in his sequēs Omnes autem dicit oportere interimiri / qui huic legi non obtemperant nisi tributa saluant. Videturq; concedere sodomitica in viris & mulieribus in capitulo de vacca: & si bōrū successores hęc honestioribus expositiōibus cooperiant. Huius autem omnis intentio est / refecare quicquid erat arduū in credendo / & difficile in operando: cōcedere autē omne ad quod procliuī erāt: quæ presentibus capiunt: & maxime aliorum Arabes: gulam videlicet / rapinam & intemperantiam. De virtutibus autem / sicut humilitate / patientia / pace / cōtinentia / vel de extremo fine nihil: ut ita dicam: precio dignū dixit. Vt aut aliquod de his mendacium non facile argueretur p̄ vetus vel nouum testamentum: vel & per ea quæ philosophantes scripserunt: in quibus & ipsi de virtute & vitio & extremo fine tractauerūt: nihil quicq; fide dignum esse iussit / quod legi ab eolatae contrarium esset. interimq; mandauit / qui contrariū aliquid huic dicere auderent: grauiori pœna plecti: Ipse autem psalterium & alios prophetas valde laudauit: & multa de eodicit christum vaticinatum esse in euangelio filijs Israel / cum dixit: Nuncio vobis apostolum dei qui venturus est post me: & nomen eius Mahometus. Affirmateq; nomen hoc ab eterno scriptum esse in throno dei in superiori parte ad dexterā. Ad hęc autem credendum nullū miraculum ostendit: sed nudans ensē dixit: non in virtute miraculorum / sed armorum a deo se missum esse. Hi sunt principales errores quos continet Alcoranum: quod est lex Saraenorum. Quæ autem in illo mendacia continent / fere infinita sunt: de quibus in nono capitulo tractabimus.

Quomodo oportet cum his versari, Capitulum secundum.

So Haupt
man darsin

107

20h 5
103 Al
Amst in
no su